



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

Lect[i]o viij

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31634**

fecit cenam magnam et voca-  
uit multos: et misit seruum suum  
hora cene dicere inuitatis ut  
venirent quia iam parata sunt om-  
nia. Et reliqua. **Omelia beati  
Gregorii**  
Noc distare fratres in deliciis corpo-  
ris et cordis solet quod corpo-  
rales delitiae cum non habent  
grauem in se desiderium accen-  
dunt. cum vero habite edunt  
comedentem protinus in fa-  
stidium per satietatem vertunt.  
Tu autem domine. **Lectio viij**  
Et contra spirituales delitiae cum  
non habentur in fastidio sicut  
cum vero habentur in deside-  
rio tantoque a comedente am-  
plius esuriuntur quanto et ab es-  
suriente amplius comeduntur.  
In illis appetitus placet: ex-  
perientia displicet: in istis au-  
tem appetitus vilis est experie-  
ntia magis placet. In illis ap-  
petitus saturitatem: saturitas  
fastidium generat: in istis autem  
appetitus saturitatem sati-  
tas appetitum parit. Tu autem.  
Audent enim spirituales. **Le. ix**  
delitiae desiderium in mente dum  
satiant. quia quanto magis earum  
sapor percipitur eo amplius cog-  
noscitur et avidius amatur: et  
ideo non habite amari non  
possunt. quia earum sapor igno-  
ratur. Quis enim amare valeat  
quod ignorat. Tu autem. **Cap**  
Charissimi Nolite mirari si

odit vos mundus: nos scimus  
quia translatus sumus de morte ad  
vitam quam diligimus fratres  
Deo gratias. **Collecta.**  
Sancti nominis tui domine timo-  
rem pariter et amorem fac nos  
habere perpetuum: quia nunquam tua  
gubernatione destituis quos  
in soliditate tuae dilectionis in-  
stituis. Per. **De euang. an.**  
Homo quidam fecit cenam mag-  
nam et vocauit multos. et mi-  
sit seruum suum hora cene di-  
cere inuitatis ut venirent quia  
omnia parata sunt alii. **an.** Et ci-  
to in plateas tyicos ciuitatis  
et pauperes ac debiles cecos et  
claudos compelle intrare ut im-  
pleatur domus mea alii. **an.**  
Domine factum est ut imperasti et  
adhuc locus est. **an.** Dico au-  
tem vobis quod nemo viro-  
rum illorum qui vocati sunt gusta-  
uerunt cenam meam. **Omnia tertia.**  
**I**n illo tempore: **Secundum lucam**  
Accesserunt ad Iesum pu-  
blicani et peccatores ut audi-  
ret illi. Et murmurabant pha-  
risei et scribe dicentes. Quia  
hic peccatores recipit et man-  
ducat cum illis. Et reliqua.  
**Omelia beati Gregorii pape**  
Audistis in lectione euange-  
lica fratres mei quod peccatores  
et publicani accesserunt ad redem-  
ptorem nostrum et non solum ad col-  
loquendum sed etiam ad conue-  
scendum recepti sunt. Quod  
bb